Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ilis Si aut peccauerit in te frater tuus: uade co
ripe eum inter te et ipm solum Si te audierit.
lucratus eris fratrem tuum Si aut nõ te audierit.
adhibe tecum adhuc unũ uel duos: ut in ore
duoꝝ testiũ uel triũ stet omne uerbum Quod
si non audierit eos. dic ecclesie Si aut ecclam
nõ audierit: tibi sit sicut ethnicus et publica
nus Amen dico uobis: quecũq; alligaueritis
super terram: erunt ligata et in celo Et quecũq;
solueritis super terram: erunt soluta et in celo
Iterum dico uobis: quia si duo ex uobis consen
tient super terram de oi re quamcũq; petierint
fiet illis a patre meo qui in celis est Ubi enim
duo uel tres sunt congregati in nomine meo.
ibi sum in medio eoꝝ Tunc accedens ad eum pe
trus dixit Dñe. quotiens peccabit in me frater
meus et dimittam ei Usq; septies Di
cit illi iesus Non dico tibi usq; septies: sed usq;
septuagies septies Offertorium Secreta mea secreti.
Hostias dñe quesumus tui tuo sacrando
offerimus sancti Gregorii precatione oratio
p quas nos expiari facias et defendi Post comu
Fidelis seruus Postcomunio
Deus qui beatum Grego
rium pontificem sanctorum tuorum meritis coe
qualem: concede propitius: ut qui commemoratione
eius festa peragimus: imitemur exemplis Alia postcomunio
Concede qs omnipotens deus
ut hoc salutare mysterium intercedente beato
Gregorio confidere tuo atq; pontifice fragi
litatem meam ab omni malo purget semper et
muniat Gertrudis virginis Introitus